SER. Bene hoc habet. age nunc. iam ex me exquire. rogita quod lubet.
PER. Quae fiducia ausus primum que empta st nudius tertius
filiam meam dicere esse. SERVUS Libuit. ea fiducia.
PERI. Ain tu libuit. SERVUS Dic ut adpignus. ni ea sit filia
PER. Quam negat nouisse mater. SERV. ni ergo matris filia est
In meum nummum inuui talentum pignus da. PER. enim iste captio st
Sed quis ea st mulier. SER. tui gnati amica. ut omnem scias.
PER. Dieden tibi minas triginta ob filiam. SER. fateor datas.
Et eo argento illam me emisse amicam fili fidicinam
Pro tua filia iste abore teugi triginta minas
PER. Quomodo me ludo fecisti de illa conducticia
fidicina. SERV. factum hercle uero et recte factum iudico.
PER. Quid postremo argento factum est quod dedi. SER. dicam tibi
Neque malo homini neque benigno tuo dedi st ippocli
PER. Cur dare ausus. SER. quia mihi libitum est PER. ph Quae haec malum
Etiam indamittor que si seruus SERV. cum tues liber gaudeo
Merui ut fierem. PER. tu meruisti. SER. iusse intro. ego faxo scies.
Hoc ita esse PER. quid est negotii. SER. Iam ipsa res dicet tibi
Ibi modo intro. PER. hei non illuc temere st Adserua istum apoecides
APOEC. Quid illuc epyrade est negotii. SERVUS. maxima hercle iniuria
Vinctus adsto cuius haec hodie opera inuenta si filia
APOEC. Ain tute illius inuenisse filiam. SERVUS Inuenit et domi est
Sed ut acerbum est pro bene factis cum malis me sim mactas
APOEC. Quamne hodie per urbem uterque sumus defessi querere
SER. Ego sum defessus reppertire uos defessi querere
PER. Quid istis oratis opere tanto. meruisse intellego
Ut liceat merito huius facere. cedo tu ut ex soluam manus
SER. Ne attigas PER. ostende uero. SER. nolo. PER. non equum facis.
SER. Numquam hercle hodie nisi supplicium mihi das. me solui sinam.
PERI. Optumum atque equissumum oras. soccos tunicam. pallium
Tibi dabo. SER. Quid deinde porro. PER. libertatem. SER. At postea
Nouo liberto opus est quod pappet. PER. ipsi Dabitur prebebo cibum.
SER. Numquam hercle hodie nisi me orassis solues. PER. Oro te epidice
Mihi ut ignoscas. si quid imprudens culpa peccaui mea.
At ob eam rem liber esto. SER. Inuitus do hanc ueniam tibi
Nisi necessitate cogar. solue sane si lubet.
POETA Hic is homo est qui libertatem malitia inuenit sua.
Plaudite ualete lumbos surgite atque extollite.
PLAUTI EPIDICUS EXPLICIT.

I— CI PIT BA CHI DES

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1615/0152
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG